2026-06-09 page 1/2

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 17

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 25.

Postilla Nicolai de Lyra in 4. Evangelia.

Cod. XVII.

membran. Fol. Sec. 14. 1. 2.4.

Eadem manu, qua prior exaratus. Continet ejusdem Nicolai de Lyra Postillam in 4 Evangelia, ex editionibus satis notam. Videtur quidem hic codex mutilus, sed non est; nam quae in calce ejus desunt, in fronte praecedentis habentur. Caeterum nihil est quod addam; nisi quod in fine Postillae in Evangelium S. Joanis additus sit canon locorum paralelorum, cui /: quod miraberis :/ in fronte praemittitur: "Explicit canon tabularum super 4 Evangelia editarum a fratre Nicholao de Lira, per quas "faciliter videri potest quomodo concorditer vel singulariter aliquid dicunt."

S. Th. Aquinatis Secunda secundae.

Cod. XVIII.

Chartac. Fol. Sec. 15. 1. 2.5.

Continet S. Thomae Aquin. Secundam Secundae. Incipit: "Post comunem considerationem de virtutibus et vitiis et aliis ad materiam moralem pertinentibus, necesse est, considerare singula in speciali." Ad calcem legitur: "Explicit "Liber S. Thome de Aquino in secunda secunde. "finitus ano dni 1430." Post sequitur elenchus materiarum. Caetera ut in editionibus.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 17

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1721

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)